

## d) Vergilii moretum. fol. 106'.

Cod. chart. 108 foliorum in 4. saec. 15. [16? cf. Kirchner p. 20 seq.] scriptus. In folio ultimo vacuo legitur: „Est mei Filippi Mariae Corneti de Castellonouito“. In fol. 1 manus saec. 16. inscripsit: „Claudij Favohetij“. Deinde fuit Theoph. Spizelii, contionatoris Augustensis († 1691).

Buenau nr. 105. Regia D 195. Falkenstein p. 256. C. Kirchner eod. l. p. 20 seq.

## 141.

## a) Horatii ars poetica, cum commento. fol. 1.

b) Petronii satira contra urbem Romanorum, cum commento. fol. 13'.

Incipit: Orbem iam totum victor Romanus habebat.

Explicit: quicquid discordia iussit.

## c) Carmen trium Parcarum. fol. 20'.

Incipit: Saepius occurrunt legitanti dogmata fatum.

## d) Carmen novem Musarum. fol. 21'.

Incipit: Nomina quae Musis.

Cod. chart. 22 foliorum in fol. anno 1489 in Germania exaratus.

Et, quo Goetze de hoc libello egit, tempore cum editione aliqua Horatii anni 1486, quae est in bibl. Regia, uno volumine erat conjunctus: cf. cod. Dd 192.

Elect. 51<sup>b</sup>. Regia D 79. Goetze I p. 517. Falkenstein p. 256. C. Kirchner eod. l. p. 21. Herschel R 140<sup>d</sup> II fol. 46. Ejusdem commentatio: Serapeum Bd. 17. Leipz. 1856. 8. p. 334 seq.

142. *sb*

## Ovidii heroides.

Cod. membr. 48 foliorum in 4. saec. 13. exaratus. Deest epistola Sapphus ad Phaonem et primum distichon epistolae Hermiones ad Orestem: Alloquor Hermione. Desinit in versu 12 epistolae Cydippes ad Acontium. Priores possessores indicat nota in ima parte folii 2 scripta: „Iste liber est monasterii S. Salvatoris de Venetiis, quem reliquit Rev. Dom. Jeronymus Zane pro cuius anima tenemur deum orare 1484.“ Postea hunc cod. fuisse alicujus e gente Visconti documento sunt insignia gentilitia in prima pagina picta. Goetze emit Venetiis a. 1747.

Elect. 531. Regia D 115. Goetze III p. 353. Falkenstein p. 256 seq.

143. *sb*

## Ovidii metamorphoseon libri XV.

Cod. membr. 146 foliorum in 8. maj. saec. 13. a pluribus librariis exaratus. Fol. 146':

Finito libro reddatur merda magistro.

Auctoris nomen si queris naso uocatur

Scriptoris nomen quere? uocatur adam.

In fronte inscripsit ignotus vir doctus: „Hic, quem Lipsiae emi, codex forsitan fuit olim in Bibliotheca Fr. Ben. Carpzovii, is enim mentionem facit Metamorphoseos librorum membranae inscriptorum in Epistola